Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tantes tanquam nichil habentes et omnia possi-
dentes Ge. Angelis suis mandavit de te ut custo-
diant te in omnibus viis tuis ℣ In manibus portabunt
te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus
Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi
commorabitur ℣ Dicet domino suscceptor meus es tu et refugium
meum deus meus sperabo in eum ℣ Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium et a verbo aspero ℣ Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis ℣
Scuto circumdabit te veritas eius non timebis a timore noctur-
no ℣ A sagitta volante in die a negotio perambu-
lante in tenebris ab incursu et demonio meridiano ℣
Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis
tibi autem non appropinquabit ℣ Quoniam angelis suis de-
mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis
℣ In manibus portabunt te ne unquam offendas ad la-
pidem pedem tuum ℣ Super aspidem et basiliscum
ambulabis et conculcabis leonem et draconem ℣ Quoniam
in me speravit liberabo eum protegam eum quoniam cognovit
nomen meum ℣ Invocavit me et ego exaudiam eum
cum ipso sum in tribulatione ℣ Eripiam eum et glorifi-
cabo eum longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salu-
Q illo tpe. Duc Sm matheum :- tare meum
Ihus est ihus in desertum a spiritu ut tempt-
aretur a diabolo. Et cum ieunasset quadra-
ginta diebus et quadraginta noctibus
postea esuriit. Et accedens temptator di-
xit ei. Si filius dei es dic ut lapides isti